



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 46. Quorumdam Principum, atque Illustrium obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII.
A. C. 1676.
solvens censuratum, talem a se declaratum ob violatam Immunitatem Ecclesiasticam, reintegret Censuras, & consulat conscientiam suam: die autem vigesima tertia Junii sacra Indulgentiarum Congregatio approbante Innocentio XI. declaravit, quod clausula: *volumus, ut si qualibet alia die visitantibus alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura fuerit concessa, præsentis literæ nullæ sint*, non comprehendat Altaria Privilegiata pro defunctis. Denique Theodorus ab Asculo reformatorum Fratrum Minorum Procurator Generalis supplicavit, quatenus sacra Rituum Congregatio eis concedat, ut officium omnium Sanctorum Ordinis sui die particulari recitare valeant: Huic petito die decima quarta Novembris Patres annuerunt.

§. XLVI.

Quorundam Principum, atque Illustrum obitus.

Hoc item anno Augustissimam Cæsaris domum denuo ingens afflixit calamitas; vix enim Leopoldus ex Claudia Felicitatis lectissimæ uxoris suæ suavissimo consortio tædiorum suorum levamen percipere cæperat, cum in flore juventutis suæ, alioquin vivaci

*Wagner vit.
Leopold. l. 6.*

Sæc. XVII. corpore, spiritusque ardore præstare
 A. C. 1676. Fœmina præmature nimis fato die octava

Aprilis nonnisi viginti tres annos nata
 eripitur: immodica autem concitatio-
 ne, & venandi intemperantia pulmo-
 nes vitiasse, & hefticam febriculam ac-
 denique mortem sibi accersisse creditur
 est: Nullam post se reliquerat prolem
 masculam, quocirca Imperator ad ter-
 tia vota transire statuit: Viduato Au-
 gusto thoro Daniæ Rex Ulricam Soro-
 rem suam immensis pollicitationibus,
 factoque abjurandæ sectæ promissio sub-
 rogare nitebatur: ast Imperator hanc
 dudum Carolo Sueciæ Regi desponsam
 comperiens, ac Lutheri opinionibus
 enutritam in vitæ conjugalis societa-
 tem admittere recusavit, sibi que Eleo-
 noram Magdalenam Neoburgiei Ducis
 Filiam selegit, eamque Passavii hoc
 adhuc anno die decima quarta Decem-
 bris solemnī pompa duxit. Præcelle-
 rat Imperatricis fatum Adelhaidis Hen-
 rieta Ferdinandi Mariæ Bavaricæ Ele-
 ctoris Conjux: Hæc Victoris Amadei
 Sabaudicæ Ducis Filia insigni vitæ sac-
 eritate, omnibusque tanta Principe
 dignis naturæ dotibus exornata Mo-
 nachii anno ætatis suæ quadragesimo
 die decima octava Martii decessit, non
 sine incredibili Mariti sui mærore. Fe-
 ralia illius vestigia preffit Alexius Ni-
 chael

chaelowitz Moscoviæ ac Russiæ Mo- Sæc. XVII.
narcha, qui Polonis Cosaccorum ope, A. C. 1676.
& Suecis in Polonorum subsidium
arma inferens, plus pace, quam bello
sibi profuit: cetera Princeps erat reli-
gioni Græcæ addictissimus, suis subdi-
tis percharus, moribus oppido mitis,
atque in pauperes liberalis. Hunc
mortalitatis comes ad æternitatem se-
cutus est Carolus Caspar de Leyen Tre-
virensis Archiepiscopus & Elector, qui
Confluentiæ die prima Junii obiit, suc-
cessoremque habuit die vigesima tertia
Julii electum Joannem Hugonem de
Orsbeck antea Spirenses Episcopum:
Eodem anno naturæ debitum solvit Ca-
rolus Fridericus Badensis Marchio, ac
Cardinalis Friderici Hassiæ Landgravii
Nepos, qui omni scientiarum genere
excultus, sub Suecorum Rege Bellidux
militaverat, ejurata autem secta ad
Catholicam fidem reversus, ac Meli-
tensibus Equitibus adscriptus Viennæ
pientissime obiit. Denique Venetorum
Dux Nicolaus Sagredo non sine magno
Nobilium plebisque luctu die vigesima
prima Augusti fatis cessit, postquam
nonnisi septendecin Menses Reipublicæ
præerat, & paucis antea Mensibus Ar-
noldum Apostolicum Papæ Nuntium,
necnon Estraden Franciæ Regis Lega-
tum exceperat: Huic subrogatus est
I 3 pau-

Sæc. XVII paucis post diebus Ludovicus Contarini
A. C. 1676. rinus jamjam septuaginta quinque annos natus.

§. XLVII.

*Scriptorum religione Catholicorum
lucubrationes & mors.*

Cimarol. Inter Scriptores Ecclesiasticos hoc anno denatos non pauci occurrunt.
Mem. mund. qui suis lucubrationibus nominis sui
Sæc. XVII. memoriam posteritati commendarunt.
Du Pin Bibl. nouv. t. 18. Hos inter primus Franciscus Bosquet
pag. 227. Montpessulanus Episcopus scripsit Historiam
Thuan. Hist. lib. 62. Galliae Ecclesiasticam, vitas Pontificum, qui Avenione sedem suam habuerunt, Synopsin legum Michaelis Pselli cum notis, pluraque alia scripta magnæ apud eruditos æstimationis. Pronuntiabat etiam Anno 1655. in Clericali Gallicani comitiis eruditissimum sermonem de Regaliis in favorem Episcoporum Occidaniæ. II. Joannes Granseus Bariensis Archiepiscopus edidit suas Constitutiones Diæcesanas. III. Josephus Maria Soresinus posteris reliquit tractatum de capitibus SS. Petri & Pauli in Laterano asservatis, de imagine SS. Servatoris ibidem custodita de scala sancta in Laterano culta, Eucharistiarum sacrum B. Francisci de Sales & descriptionum duas partes præter alia